

& securitate, nullâ distinctione habitâ quinam Mercium in iisdem oneratarum Proprietarii sint, navigare à quocunque Portu, ad loca eorum quibus Inimicitia aliqua cum Magnæ Britanniæ Regina, aut Rege Christianissimo, jam aut dehinc, intercedet; Licitum itidem erit Subditis & Incolis prædictis, cum præfatis Navibus & Mercibus navigare, & negotiari eâdem cum libertate & Securitate à Locis, Portibus, & Stationibus eorum, qui utriusque vel alterius Partis hostes sint, absque contradictione & perturbatione qualicunque, non tantum directe ab illis præmemoratis Locis hostilibus ad locum neutralem, verum etiam ab uno loco hostili, ad locum hostilem alium, sive illi sub Jurisdictione ejusdem Principis sint, sive sub diversis. Et sicut jam circa Navigia & Merces stipulatum est, ut Naves liberæ Libertatem quoque Mercibus vindicent, atque pro immuni ac libero habeatur omne id, quod Navibus ad Subditos alterius Fœderati spectantibus immissum deprehendatur, etiam si totum Oneris, vel ejusdem pars aliqua, ad hostes utriusvis Majestatis pertinuerit, Exceptis semper Mercibus Contrabandis, quibus interceptis omnia ad Articulorum subsequantium mentem fiant. Ita Conventum pariter est, eandem Libertatem ad personas quoque extendi debere, quæ Navi liberâ vehuntur, eo cum effectu, ut

Ships, with all manner of Liberty and Security, no Distinction being made, who are the Proprietors of the Merchandizes Laden thereon, from any Port to the places of those who are now, or shall be hereafter at Enmity with the Queen of Great Britain, or the most Christian King; It shall likewise be lawful for the Subjects and Inhabitants aforesaid, to Sail with the Ships and Merchandizes aforementioned, and to Trade with the same Liberty and Security from the Places, Ports, and Havens of those who are Enemies of both, or of either Party, without any Opposition or Disturbance whatsoever, not only directly from the places of the Enemy aforesaid to Neutral places, but also from one place belonging to an Enemy, to another place belonging to an Enemy, whether they be under the Jurisdiction of the same Prince, or under several. And as it is now Stipulated concerning Ships and Goods, that free Ships shall also give a freedom to Goods, and that every thing shall be deemed to be Free and Exempt, which shall be found on Board the Ships belonging to the Subjects of either of the Confederates, altho' the whole Lading, or any part thereof, should appertain to the Enemies of either of Their Majesties, Contraband Goods being always excepted, on the discovery whereof matters shall be
quam-